

Carmen votivum,  
S:æ Regiæ M:tis  
regniq̄ue Sueciæ  
summæ fidei viro &  
senatori...

Welin, Johannes,

1700-1829 81 Cbza Fo1.



National Library  
of Sweden

48  
83

**CARMEN VOTIVUM,**  
S:æ REGIÆ M:tis REGNIQUE SUECIÆ  
Summæ Fidei Viro & Senatori,  
ILLUSTRISSIMO EXCELLENTISSIMO<sup>qz</sup>  
COMITI ac HEROI,

**D: NO ERNESTO  
JOHANNI  
CREUTZ,**

Regiæ Academiæ Aboënsis

Nuper designato

**CANCELLARIO**

Celsissimo,

LITTERARUM PATRONO

PRORSUS INCOMPARABILI;

Dum oblatum sibi concordibus Suffragiis

CANCELLARII in dicta Academia munus

Susciperet,

Tenui avenâ dicatum

*Humillima devotione subjectissimo Servo,*

**JOHANNE WELIN,**


Acad. Aboënsis Philosophiæ Adjuncto.

HOLMIÆ,

Typis PETRI GEORGII NYSTRÖM.

1735





Ræcia, cur cristis tumidâ cervice superbis?  
Cur jactas fuso natas tibi sanguine laurus?  
Tam quianam pingui mactas Agamemnona  
laude,  
Occinis & nobis Mârtes vibice perustus?  
Extollit tantum cur legis agina Lycurgos?

Cur celebrat fortem Smyrnæum carmen Achillen?  
Sufflaris streperis sternax quid, Roma, triumphis,  
Exsultasque tuis torquentibus arma Camillis?  
Quid, qui fulmineum lento luctamine Pœnum  
Compressit, fundens æratis agmina peltis,  
Dilaudas Fabium? Curii cur inclita gesta  
Garrula quadrifidæ cantat tua buccina terræ?  
Eccur elato gressu resupina tumescis,  
Quod sis Cætaribus mixtos enixa Marones?  
Desine Graja tuis tellus effertier umbris;  
Ponito septemplex sublimia tubera clive.  
Nec nobis pavidus Mavors, nec lurida Pallas,  
Nec pulcræ frigent ursino climate dotes.  
Obtendit refugis vestris Fenningia soles  
Stellis, & nutrit dubias discrimine palmas.  
Aquilò nec steriles ducit sine fronde triumphos,  
Pennigeras acuit mordaci cote sagittas;  
Et generat Martes, castas refovetque Camoenas  
Fennia, vobiscum quovis certamine compar.

Heic equidem tardè torquet sarraca Bootes,  
Arcturusque riget niveis cum grandine floccis:  
Circinat in gyros glomeratque nivalia flexos  
Vellera, vericolor sinuosaque cauda Draconis:  
Expandit rictus rugiens trux Ursa minaces,

Et

Et fumat furvis gelido sub climate nimbis:  
Tecta Mimallonios imitantur murmure bombos  
Algida, dum pigris rumpuntur vinela pruinis:  
Horrent concreto montana cacumina musco,  
Et recubat segnis patulis nix pendula ramis:  
Stant tunc deformes, viduati gramine, campi,  
Nec fovet implumes pennata puerpera foetus.  
Ast licet haud Zonis cingantur corpora tostis;  
Nec coquat innotam sitibunda Canicula Thulen;  
Mens tamen ipsa viget spisso torpore soluta,  
Et gelidas calidis gentes amplexibus ambit  
Coelum, quod nullâ privâ compagine terris  
Junxerat ingenium, certis, artesque sagaces.  
Quid? quod dum frixas urunt cynocaumata terras  
Continuo, ficeis languescunt corpora fibris.  
Hinc nusquam, credo, gens est mage nata labori,  
Quam quæ callofis horret præ frigore membris.

Hinc gaudet felix, pigrum damnata sub axem,  
Fennia, quæ, generans æternum sanguine nomen,  
Possidet, unde dabit peregrinis nubila Phœbis.  
Heic loquor insignem meritis HEROA Virumque  
Semideum, nobis natum melioribus annis,  
Qui, rutilans inter Suethici firmamina Regni,  
Consilium prægnans præsentis pectore versat;  
Cui velut exemplo virtus agalmata laudis  
Ipsa sui condit, piceâ ferrugine terfa.  
CREUTZIUS est idem, Comirum decus, orbis amandum  
Delicium, patriæ communis gloria nostræ,  
Quem canit in præsens ter rauco carmine canna,  
Cujus præsidis Heliconia portio turbæ  
Cingitur Auraicæ, cornu nudata tenaci.  
Sûrpuit ARVIDUM nobis grandæva senectus  
Illustrem, nullo casurum tempore nomen:  
CREUTZIUS est nobis illa statione repõstus,  
Pindica sollerter flexurus suppara Tiphys.  
Hinc igitur nostræ gaude spes fulgida Cirrhæ,  
Et pariter socios mecum conjungito plautus:  
Non sic Dardanio gestivit Atrida triumpho,  
Quam decet, ut dulci saliant præcordia motu.  
Cæspite nunc rursus, populata pedamine vitis  
Surgit, & exfugit lactanti stemmate succos:  
Pubescunt iterum gemmis sarmenta tenellis,  
Frondescensque simul foetis stat pampinus uvis.

Salve

Salve igitur nobis, HEROS Celsissime, salve!  
 Salve mille modis nostri Palinure Lycei!  
 Vive simul felix Pylii numerosior annis,  
 Quo tibi cygneis albescant tempora pennis!  
 Ter faustis avibus latus nova scepra capesse;  
 Faticanae raceant prænuncia guttura parrae,  
 Gaudia præfagit fervens afflamine carmen.  
 Respice Mæcenas blandè vultuque sereno  
 Carmina despecta prorsus macilenta monetæ.  
 Non decet inferius meritis disperdere versus,  
 Magnaque tentamus triviali carmine nostro;  
 Sed luteas etiam cunas nidosque loquaces,  
 Tignis excelsis, præpes suspendit hirundo:  
 Veris alumna cohors alta simul insidet Orno,  
 Purpureum pictis diffulcans æthera plumis:  
 Tranant Tipullæ gracili simul æquora crure,  
 Celsaque distorti reptant ad culmina vermes.  
 Quod superest alis, HEROS, comprênde favoris  
 Me, quem livida fors agitat, contorquet & odit;  
 Erige lunatas & pressas pondere vires,  
 Sortis mandatur nostræ TIBI cura secunda.

